[*Sine* Dóminus vobíscum.][53]

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

## ℭ *Ad iij.*

*Ant.* Quando natus es. 503.

*Ps.* Ad Dóminum cum tribulárer. (*cxix.*) [321]. *et ceteri psalmi consueti.*

*Capitulum. Eccleslastici xxiv.* (14.)

AB inítio et ante sécula creáta sum, et usque ad futúrum séculum non désinam : et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

℟. Sancta Dei génitrix. {270}.

℣. Post partum virgo [inviolata permansisti.

℟. Dei genetrix intercede pro nobis].[54]

## ℭ *Ad vj.*

*Ant.* Rubum quem. 503.

*Ps.* Ad te levávi. (*cxxij.*) [326].

*Capitulum. Ecclesiastici xxiv.* (15.)

ET sic in Syon firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi : et in Hierúsalem potéstas mea.

℟. Post partum. [498].

℣. Speciósa [facta es et suávis.

℟. In delíciis tuis santa Dei génitrix].[55]

## ℭ *Ad ix.*

*Ant.* Germinávit. 504.

*Ps.* In converténdo. (*cxxv.*) [328]. *et ceteri psalmi.*

*Capitulum. Ecclesiastici xxiv.* (16.)

ET radicávi in pópulo honorificáto, et in partes Dei mei heréditas illíus : et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℟. Speciósa facta es. [499].

℣. Dignáre me laudáre [te, virgo sacráta.

℟. Da michi virtútem contra hostes tuos].[56]

## ℭ *Ad vesperas.*

*Ant.* Post partum [virgo invioláta permansísti : Dei génitrix intercéde pro 4332.
nobis].[57]

*Ps.* Letátus sum. (*cxxj.*) [325]. *et ceteri psalmi consueti.*

*Capitulum.* Beáta es María. [484].

*Hynmus.* Ave maris stella. {407}.

℣. Diffúsa est grátia. 24.

*Ant.* Sancta María succúre. [504].

*Ps.* Magníficat. [360].

*Oratio.* Concéde nos. [468]. *et finiatur sicut ad matutinas et fiant memorie sicut ibidem prenotatum est.* [501].

## ℭ *Ad completorium.*

*Ant.* Cum jocunditáte [memóriam beáte Maríe celebrémus : ut ipsa pro nobis 2016.
intercédat ad Dóminum Jesum Christum].[58]

*Ps.* Usquequo Dómine. (*xij.*) [22]. *et ceteri psalmi consueti.*

*Capitulum.* Sicut cynamómum. 38.

*Hymnus.* Virgo singuláris. {407}. [℣. 5.]

℣. Elégit eam Deus. 38.

*Ant.* Glorificámus te. [486].

*Ps.* Nunc dimíttis. [367].

*Oratio.* Concéde quésumus miséricors Deus. 1712.

*In tempore paschali usque ad vigiliam ascensionis Domini et per adventum Domini : dicitur oratio* Grátiam tuam. 39.

# [*Servitium plenum beate Marie a purificatione usque ad adventum Domini.*][59]

*Quando fit plenum servitium de Maria a purificatione usque ad adventum Domini extra tempus paschale*[60] *hoc modo fiat* [*ita*][61] *servitium.*

## *Ad vesperas.*

*Super psalmos feriales ant.* Post partum. [484].

*Capitulum.* Beáta es María. [484].

*Non dicitur ad vesperas in commemoratione beate Marie nec de festo loci* ℟.

1519:100r; SB-P:305.




*quere in sabbato prime ebdomade adventus Domini.* {407}.

℣. Sancta Dei génitrix [virgo semper María].[62] [485].

AS:530; 1519:100r; SB-P:305.[63]

4703.




[*57r.*]



fe-mí- ne-o se-xu.

1519:100r.



*In tempore paschali finiatur cum* se-xu al-le-lú-ya.



*Ps.* Magníficat. 60*.

*Oratio.*

Oncéde nos fámulos tuos quésumus Dómine Deus perpétui mentis et córporis salúte gaudére : et gloriósa beáte Maríe semper vírginis intercessióne, a presénti liberáre tristícia : et etérna pérfrui letítia. Per Dóminum.

¶ *Memoria de aliquo sancto si habeatur fiat : nulla enim fiat memoria de festo loci : nec de omnibus sanctis.*

¶ *Completorium* [*vero*][64] *temporale non mutatur : nisi quod in fine hymni dicetur* Glória tibi Dómine, Qui natus. *et super psalmum* Nunc dimíttis. *dicitur antiphona* Glorificamus te. [400].

## ¶ *Ad matutinas.*

*Invitatorium.* In honóre beatíssime. 130.

*Ps.* Veníte. 13*.

1519:100v; 1531-P:57r.




[*Require in purificatione.*][65] {244}.

*Ant.* Benedícta tu. 131.

*Ps.* Dómine Dóminus noster. (*viij.*) [17]. *et cetere antiphone cum suis psalmis ut supra in sabbato prime hebdomade adventus Domini dicuntur preter ix. antiphonam que erit* Post partum. [484]. *Ps.* Cantáte *ij.* (*xcvij.*) [289].

℣. Sancta Dei génitrix. [485].

*Lectio prima.*

O alma Virgo María, tanto cunctis angelórum spirítibus, omniúmque electórum animábus in conspéctu Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi es gloriósior : quanto ab ipso fíeri meruísti beátior. Obsecrámus ergo lachrymósis suspíriis, ut nunc ad gémitum nostri meróris aurem inclínes magnífice pietátis. Nos quidem pro innumerabílibus delíctis infernále supplícium merúimus : ubi nullátenus peniténcie datur locus. Quóniam fidem aliquándo Dómino nostro Jesu Christo promísimus : sed male vivéndo háctenus mentíti sumus. Tu.

*Lectio ij.*

SUrge ergo beáta Virgo misericórditer actúra pro nobis : surge et ampléctere misericórdiam Redemptóris.[66] Da preces pro nobis : quos cernis offénsos ante óculos Conditóris. Cecos córdium óculos terge : atque sémitas justície nobis osténde. Orándo a nobis vícia[67] súbtrahe : atque sancta plantária virtútum nobis ínsere. Impétra cursum : quo conséquitur supérnum brávium. Sic certámen oratiónum óbtine in celis :

ut déleas quicquid delíquimus in terris. Non enim est áliquid tam pravum in nobis : quod orándo (si tibi placet) abolére non possis. Tu.

*Lectio iij.*

O sacratíssima Virgo, nos qui hoc crédimus quod Virgo et Mater Dei sis, credéndo sentiámus quod pro nobis deprecéris : et juxta peténtium vota impetráta assequáris. Et qui crédimus te percepísse Deum et hóminem : gaudeámus per te nobis advenísse salútem. Et qui fatémur te ómnibus homínibus esse meliórem : gaudeámus per te percepísse felicitátem. Et quotienscúnque ad nos precésserit divína miserátio : tua ne inflémur assit tuítio. Et si precésserit tribulátio vel hora tentatiónis : ne labámur, presens sit tua sancta orátio nobis. Sic compóne nostras preces ut nobis nosti esse opus quo servi Fílii tui Dómine Dei nostri éffici mereámur : largiénte eódem Dómino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus in sécula seculórum. Amen.[68]

¶ *Item alia lectiones de sancta Maria.*

*Lectio j.*

ADjuva nos beáta Dei génitrix virgo María, templum Dei vivi : aula regis etérni, sacrárium Spíritus Sancti. Tu virga de radíce Jesse, tu cedrus in Líbano, tu rosa purpúrea in Hiérico, tu cypréssus in monte Syon, que privilégio singulári sicut nescis in ómnibus compárem : ita nichilóminus et angélicam súperas dignitátem. Cui novo et inaudíto miráculo datum est, ut Verbum quod ante sécula Deus génuit, fíeret fílius tuus : et homo quem tu in fine séculi genuísti, verus atque perféctus esset Fílius Dei, gémina quidem natúra sed una persóna Deus et Homo unus Emmánuel. Tu autem Dómine.

*Lectio secunda.*

EXáudi nos gloriósa Puérpera in qua sola repéritur fecúnda virgínitas : que sic ex intemerátis viscéribus fílium protulísti, ut illibáte pudicítie intégritas crésceret, non libído virginális cláusule signáculum violáret. Tibi Spíritus Sanctus dum concíperes obumbrávit, non ut ipse (quod absit) in sacratíssimo útero tuo fíeret pro sémine sóbolis : sed usus est pótius virtúte ac poténtia Creatóris. De te summus póntifex noster sui

córporis hóstiam sumpsit : quod in ara crucis pro totíus mundi salúte sacrifícium óbtulit. Tu lux óriens Názareth, tu glória Hierúsalem, tu letícia Israel, tu decus mundi : tu nobílitas pópuli Christiáni.

*Lectio iij.*

[*57v.*] O Regína mundi, scala celi, thronus Dei, jánua paradísi : audi preces páuperum, ne despícias gémitus miserórum. Inferántur a te vota nostra atque suspíria conspéctui Redemptóris : ut que nostris excludúntur méritis, per te locum apud aures obtíneant divíne pietátis. Dele peccáta, reláxa facinóra : érige lapsos, solve compedítos. Per te succidántur vepres, et gérmina viciórum : prebeántur flores, et ornaménta virtútum. Placa précibus júdicem : quem singulári puerpério genuísti Salvatórem : ut qui per te factus est párticeps humanitátis nostre : per te quoque non consórtes effíciat divinitátis sue. Tu.

¶ *Item alie lectiones de sancta Maria.*

Augustin. Sermo 35 de Sanctis.

(Appendix, Sermo CCVIII., § 11 : *Op.* V. 2886, ed. Paris, 1838.)[69]

*Lectio j.*

O beáta María, quis tibi digne váleat jura gratiárum et laudum precónia impéndere, que singulári tuo asséndu, mundo succurísti pérdito ? Quas tibi laudes fragílitas humáni géneris persólvet, que tuo solo commércio recuperándi vitam áditum invénit ? Accipe ítaque quascúnque exíles, et quascúnque méritis tuis impáres gratiárum actiónes, et cum suscéperis vota, culpas nostras orándo excúsa. Tu.

*Lectio ij.*

ADmítte sancta Dei génitrix, nostras preces intra sacrárium tue exauditiónis : et repórta nobis antidótum reconciliatiónis. Sit per te excusábile, quod per te ingérimus : sit impetrábile quod fida mente póscimus. Accipe quod offérimus, redóna quod rogámus : excúsa quod timémus. Tu autem Dómine miserére.

*Lectio iij.*

SAncta Maria succúrre míseris, juva pusillánimes, refóve flébiles, ora pro pópulo, intervéni pro clero : intercéde pro devóto femíneo sexu. Séntiant omnes tuum levámen : quicúnque célebrant tuam commemoratiónem. Assíste paráta votis poscéntium : et repénde ómnibus optátum efféctum. Sit tibi stúdium assídue exoráre pro pópulo Dei : que meruísti benedícta précium mundi proférre Jesum Christum Dóminum nostrum, qui cum Deo Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus per ómnia sécula seculórum amen. Tu autem.

¶ *Item alie lectiones de sancta Maria.*

*Lectio j.*

SAcrosánctam venerábilis Dei genitrícis Maríe memóriam, cóngrue divínis láudibus cathólica frequéntat ecclésia : quia ejus sine intermissióne salutári índiget auxílio. Nam reveréntia que matri defértur : illi étiam qui eam talem fecit ut virgo et mater esset, exhibétur. Ideo ergo totis desidériis totísque precóniis ejus insistámus láudibus : ut et matrem sentiámus nobis piíssimam, et fílium ejus júdicem sereníssimum. Hec est virgo que antíquum diabólice seditiónis cyrográphum abolévit, totíque século súbvenit, et celéste regnum patefécit : dum per Spíritum Sanctum Fílium Dei concépit. Tu.

*Lectio ij.*

OPere précium quippe est, ut ei inténtis celebrétur láudibus in terris : cui officiosíssime ángeli famuléntur in celis. Nam si eam ille precípuus Gábriel humíliter salutávit in terris : quantómagis super celos exaltátam, et (ut ita dicam) in throno Dei collocátam, nunc cum sanctis ómnibus honórat láudibus digníssimis ? Hec est sola cui nulla virgo potest comparári : quia tanta est ut quanta sit non possit enarrári. Hanc sancti expectábant patriárche, hanc sancti precinébant prophéte : omnésque quos Spíritus Sanctus attígerat optábant vidére. Tu.

*Lectio iij.*

HEc tanta tamque sancta régia virgo, digno exígit venerári precónio : cujus constat mundus salvátus suffrágio. Hec inquam est

fénestra celi : auróra solis etérni : jánua paradísi : et vera archa propitiatórii. Hec est ergo Dómina regum, decus mulíerum, gemma vírginum, lux seculórum, congratulátio angelórum, consolátio miserórum, refúgium peccatórum : omniúmque reparátio credéntium. Quicquid ígitur boni mundus habet, ab illa habet : ex qua salútis nostre inítium manat. Hec nobis suis semper subveníre dignétur veneratóribus, atque pie sacris précibus a víciis purget ómnibus : seque consideráre et collaudáre donet in celéstibus.

℄ *Item alie lectiones de sancta Maria.*

Augustin. sermone 35 de Sanctis.

(Appendix, Sermo CCVIII., § 4, 5 : *Op.* V. 2881, ed. Paris, 1838.)[70]

*Lectio prima.*

[*58r.*] LOquámur fratres charíssimi áliquid in láudibus sacratíssime vírginis Maríe. Sed quid nos tantílli, quid actióne pusílli : quid in ejus láudibus referémus : cum etiámsi ómnium nostrum membra verteréntur in linguas, eam laudáre sufficeret nullus ? Altior enim celo est, de qua loqui nítimur, abýsso profúndior : cui laudes dícere conámur. Deum enim quem ómnia creatúra non capit : ipsa immaculáto útero clausum gestávit. Hec est enim, que sola méruit mater et sponsa Christi vocári. Hec prime matris damna resólvit : hec hómini pérdito redemptiónem addúxit.

*Lectio ij.*

MAter enim géneris nostri penam íntulit mundo : génitrix Dómini nostri Jesu Christi, salútem edídit mundo. Auctrix peccáti Eva : auctrix mériti María. Eva occidéndo óbfuit : María vivificándo prófuit. Illa percússit : ista sanávit. Hec enim mirábili, atque inestimábili modo : ómnium rerum et suum péperit Salvatórem. Que enim hec virgo est tam sancta, ad quam dignarétur veníre Spíritus Sanctus ? Que tam speciósa, ut eam sibi Deus elígeret sponsam ? Que tam casta, ut esse possit virgo post partum ? Hec est enim templum Dei, fons ille signátus : et porta in domo Dómini clausa. Ad hanc namque (ut dixi) Spíritus Sanctus descéndit : huic virtus Altíssimi obumbrávit. Hec est immaculáta a

cóitu : fecúnda in partu : virgo lactans, angelórum et hóminum cibum nútriens. Mérito ítaque beatíssima María singulári a nobis precónio extóllitur : que singuláre commércium mundo prébuit. Dénique tantum se ad celi fastígia sublevávit : ut Verbum in princípio apud Deum de supérna celi arce suscíperet. Tu.

*Lectio tertia.*

O felix María et omni laude digníssima : O Génitrix glorióse : O sublímis Puérpera : cujus viscéribus auctor celi terréque commíttitur. O felícia óscula lacténtis labris impréssa, cum inter crebra indícia reptántis infántie, ut pote[71] verus ex te fílius tibi matri alludéret : cum verus ex Patre Deus Dei génitus imperáret. Nam auctórem tuum ipsa concípiens edidísti in témpore pubérem : quem habébas ante témpora Conditórem. O felix puerpérium letábile ángelis, optábile sanctis, necessárium pérditis, cóngruum profugátis : qui post multas assúmpte carnis injúrias, ad último verberátus flagris : potátus felle, affíxus patíbulo : ut te veram matrem osténderet, verum se hóminem patiéndo monstrávit. Sed quid dicam Dómina pauper ingénio : cum de te quicquid díxero, minor laus est quam dígnitas tua merétur ? Si Celum vocem : áltior es. Si Matrem géntium dicam : precéllis. Si Formam Dei appéllem : digna exístis. Si Dóminam angelórum vocem : per ómnia esse probáris. Quid enim de te digne dicam, quid réferam, cum non sufficiat lingua carnis tuas enarráre virtútes ? Has ínterim laudes síleat lingua carnis : quas semper ardénter intus profert ánimus. Tu autem.

℄ *Item alie lectiones de Sancta Maria.*

*Lectio prima.*

BEáta et venerabílis[72] virgo María, mater est Dómini nostri Jesu Christi secúndum carnem ex Abrahe : orta ex tribu Juda, Virga de radíce Jesse, clara ex stirpe David. Fília Hierúsalem : Stella maris, Ancílla Dei, Regína géntium : Dómina regum, Sponsa Dómini, Mater Christi : Conditóris Templum, Sancti Spíritus Sacrárium, velut Colúmba speciósa, pulchra ut luna, elécta ut sol, Signáculum fídei, Reparátio vie, Intróitus vite, Jánua celi, Decus mulíerum, Caput

vírginum. Ortus conclúsus, Fons signátus : Púteus aquárum vivéntium. Multiplicáta ut cedrus Líbani : florens ut palma, velut olíva fructífera in domo Dómini. Virgo sancta, virgo prudens : et una de número prudéntium. Virgo pulchérrima, virgo púdica, córpore decóra, ánimo fúlgida, fide perspícua, mente preclára, amóre virginitátis devóta. Ad obediéndum paráta, in ministério sibi crédito cauta, in persecutióne pacífica : in passióne Christi mente compássa. A prophétis Dei predícta, ab archángelo salutáta, a Spíritu Sancto fecundáta, atque ab eódem obumbráta. Séminis virílis ignára, prole Fílii fecúnda : virgo innúpta ex [*58v.*] Fílio leta. Fide concípiens, gáudio páriens : virgo ante partum : virgo in partu : virgo post partum. Tu autem Dómine.

*Lectio secunda.*

AUctor mortis dyábolus, per cujus invídiam mors introívit in orbem terrárum, omne genus hóminum in primo parénte venéno nequície sue potávit : et quasi arbórem in radíce, ántequam proles propáginis prodíret, viciávit. Inde est quod radix viciáta quotídie indesinénter frondet : frondésque ejus indesinénter per mortem marcéscunt. Et sepe contíngit quod aurum fulgens reperiátur in luto : et ex pungénte spina, pulchra rubens oriátur et rosa. Hoc enim operánte prudéntia divína ex radíce viciáta, sine vício pródiit virga, que intellígitur beatíssima virgo María : attestánte Ysáia prophéta qui dixit, Exiet virga de radíce Jesse : et flos de radíce ejus ascéndet. Hujus enim gloriósa vírginis, id est sancte Maríe figúram ténuit virga illa, que in ministério Aaron sacerdótis, jubénte Dómino, a sancto Móyse in tabernáculo pósita, atque áltera die sola frónduit : nucésque prótulit : quia proculdúbio sola virgo María fuit, que Dóminum péperit, et post partum virgo permánsit. Per hanc ergo Auctor vite, auctórem mortis poténter damnávit : dum per mulíeris fílium, damnávit mulíeris peccátum. Scriptum est enim, Inítium peccáti a mulíere ceptum est : et nos per illam omnes mórimur. Et íterum, Adam non est sedúctus : múlier autem sedúcta est. Item econtrário a mulíere cepit reparátio vite : per cujus fílium Dóminum nostrum Jesum Christum, omnes resúrgimus. Quia scriptum est, Sicut in Adam omnes mórimur : ita et in Christo omnes vivificámur. Videámus ergo fratres

karíssimi : quáliter sibi iste due mulíeres distent. Ad Evam enim auctor mortis per tortuósum serpéntem mortis suásit consílium : ecóntra beáte Maríe Auctor vite per Gabriélem archángelum salútis misit offícium. Eve enim suásit dyábolus ut coméderet cibum vétitum : Maríe nunciávit ángelus, quia concíperet per obediéntiam promissiónis Fílium.

*Lectio tertia.*

EVa cómedens prohíbitum pomum, et sibi nócuit et viro : beáta María concípiens nobis datum Fílium (sicut scriptum est, Puer natus est nobis, et fílius datus est nobis) hec et féminis prófuit et viris. Illa enim in ánimo furto rápere visa est divinitátis esséntiam, attestánte sancte Trinitátis elóquio, Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis : María vero húmilem se Dómini confitétur ancíllam. Ait enim ad ángelum, Ecce ancílla Dómini : fiat michi secúndum verbum tuum. Sancta ergo María per obediéntiam humilitátis : obumbrátur a virtúte altíssime divinitátis. Eva per corruptiónem concípiens et in dolóre páriens, sub viri potestáte fuit : María per mystérium Spíritus Sancti, fide concípiens, gáudio páriens, unde et príncipes ovántes ejus cúpiunt subjíci potestáti. Eva de paradíso ad exílium míttitur : María de exílio hujus séculi elevátur in celum. Eva timens pro peccáto, abscónditur inter ligna paradísi : María virgo gaudens preparáta circúndatur cétibus angelórum celéstis milítie, dicéntium cum gáudio, Glória in excélsis Deo, et in terra pax homínibus bone voluntátis. Eva pósteros ex sua carne nascéntes transmíssit ad ínferos : benedícta María, ex sua prole natos dírigit ad celos. Ex Eve carne dicúntur nati fílii hóminum : ex María prole dicúntur fílii Dei. Ut quid ultérius ímmorer protrahéndo plúrima ? Eva óbfuit : María prófuit. Eva luxit : María illúxit. Síleat ergo nunc a féminis per beátam Maríam, mortífere male suadíbilis síbilus : quia sumus jam omnes redémpti per glorióse Maríe vírginis fílium. Cadat et impropérium Eve : quia univérsi sumus loti per partum vírginis Maríe. Exúltet et letétur Christianórum catérva : quia vita quam destrúxerat Eva, reparátur per beátam Maríam. Fusis ergo fratres karíssimi précibus, cuncti commúniter Dóminum deprecémur : ut qui sancte Maríe vírginis dignátus est propter nostram redemptiónem habitáre úterum : et qui eam super astra celi ac super vírginum choros

fecit regnáre in celéstibus : ipse nos méritis ejus suffragántibus, júbeat fieri in congregatióne sanctórum partícipes, ut non invéniat nos ejus indignátio : sed ejus imménsa píetas [*59r.*] nos misericórditer pértrahat ad corónam : qui vivit et regnat in sécula seculórum amen. Tu autem.

*Lectiones de sancta Maria in tempore paschali.*

*Lectio j.* Stabant juxta crucem. *quere in loco suo in ebdomada post octavas pasche.* 1365.

[73][*Et cantentur semper responsoria sicilicet* Sancta et immaculáta virginitátis. [491]. *responsorium* Beáta es María. [494].

AS:498, 572; 1519:100v.[74]

6725. 3. Resp. I.




*In tempore paschali.*





6725a.

℣. O-ra pro pópu-lo, intérve-ni pro cle- ro, inter-



cé-de pro de-vó-to femí-ne-o sex- u : sénti- ant omnes



tu- um le-vámen qui-cúnque cé-lebrant tu- am commemo-



ra- ti- ó- nem. †Qui- a. ℣. Gló-ri- a. 93*. †Qui- a.

℣. Ora pro nobis sancta Dei génitrix. 137.

## In laudibus.

*Ant.* O admirábile commértium. 502.

*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

*Cap.* Ab inítio. [502].

Hymn. II.



O glo- ri- ó-sa fé-mi-na.

*require in purificatione beate Marie.* {267}.

℣. Elégit eam Deus et preelégit eam. 38.

AS:530; 1519:101r.[75]

4029. Ant. IV.i.




*In tempore paschali.*




*Oratio.* Concéde nos. [505].

*Memoria ut supradictum est ad vesperas.* [505].

¶ *Ad j. et ad alias horas antiphone, psalmi, ℟. et versiculi sicut ante purificatione dicantur, cum hac oratione* Concéde. [505].

¶ *Ad iij. capitulum* Ab inítio. [502].
¶ *Ad sextam capitulum* Et sic in Syon. [502].
¶ *Ad ix. capitulum* Et radicávi. [503].][76]

# Seruitiũ beate Marie.

Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie el. Pater noſter. Sine pronũciatione Et ne nos. Deinde dicatur ps. Exaltabo. Quo finito dicatur Requiẽ. et A porta inferi. Erue dñe Credo videre bona dñi. In terra viuentium. Dñs vobiſcum. Et cum ſpiri. Oremus. ¶ Pro corpore preſenti ad laud. dr hec oratio. Deus cui. Maior. In anniuerſariis. iiij. dicuntur orationes. Deus cui. Minor In trigintalib9 v. dñr orationes

Omnipotens ſempiterne deus cui nunq̃ ſine ſpe miſericordie ſupplicatur: propiciare anime famuli tui vel famule tue / vt qui vel que de hac vita in tui nominis confeſſione deceſſit ſanctorum tuorũ numero facias aggregari. ¶ Pro epis defunctis. Ad laud. Oratio.

Deus cui9 miſericordie non eſt numerus ſuſcipe pro animabus famulorũ tuorũ pontificũ preces noſtras ꝫ lucis eiſ leticieq; regionem in ſanctorũ tuorũ ſocietate concede. ¶ Pro fratribus et ſororibus Ad laudes. Oratio.

Inclina dñe aurem tuã ad preces noſtras quibus miſericordiã tuã ſupplices deprecamur: vt animas famulorum famularũq; tuarũ quas de hoc ſeculo migrare iuſſiſti: in pacis ac lucis regione conſtituas / ꝫ ſanctorũ tuorum iubeas eſſe conſortes. Per xp̃m. Oremus. ¶ Deinde dicatur oratio pro familiaribus priuatim ad placitũ: quibus dictis ſequatur oratio generalis in audientia

Animabus q̃s dñe omnium fidelium defunctorũ oratio proficiat ſupplicantiũ: vt eas et a peccatis omnibus eruas / et tue redẽptionis facias eſſe participes. Qui cũ deo patre et ſpũ ſancto viuis ꝫ regnas de9: per oia ſecula ſeculorũ. Amẽ. Requieſcãt in pace Amen.



¶ Cõmendatio animarũ incipiatur hoc modo. ps. Beati immaculati. f. lx. vſq; ad Ad dominũ cũ trib. Finitis pſal. ſine Gloria patri dr ãn. Requiem eternam dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. Kyrie eleyſon Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. ps. Dñe probaſti. fo. xlj. v9. Requiem eternã dona eis dñe. Et lux. V. A porta inferi. Erue dñe. V. Credo videre. In terra. Dñs vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Tibi dñe cõmendamus animas famulorum famularumq; tuarum / et omniũ fideliũ defunctorũ: vt defuncti ſeculo tibi viuant: ꝫ que per fragilitatẽ mundane conuerſationis peccata admiſerũt tu venia miſericordiſſime pietatis abſterge. Per chriſtũ dominũ noſtrũ. Amen. Requieſcãt in pace. Amen.

¶ Expliciunt vigilie mortuorum.

¶ Veſpere per aduentum de ſancta maria vſq; ad vigiliam natiuitatis dñi. ãn.



Prophete predicauerunt naſci ſaluatorem de virgine maria. ps. Letatus ſum. f. xxxix. Ad te leuaui. f. lvij. Niſi quia dñs. fo. xxxix. Qui confidũt. fo. xxxix. In conuertendo. fol. xxxix. ¶ In fer. iij. quando iſti predicti pſ. Ad veſ. de die dicũtur: tũc ad veſ. de ſancta maria dicãtur iſti pſ. videlicet Dixit dñs. f. xxxviij. Confitebor. ij. fo. xxxviij. Beatus vir. fol. xxxviij. De profundis. folio. xl. Memento. folio. xl. Quod obſeruetur in omni feria. iij. per totum annũ / quando fit de ſancta maria cõmemo. in conuentu. Capitulum.

Ecce virgo concipiet et pariet filiũ et vocabitur nomen eius emmanuel. butyrũ et mel comedet / vt ſciat reprobare malũ et eligere bonũ. Hymnus. Aue maris ſtel. V9. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. ãn. Ne timeas maria inueniſti gratiam apud dominum ecce concipies et paries filium alleluya. ps. Magnificat. Oratio.

Concede nos famulos tuos queſumus dñe deus perpetua mentis ꝫ corporis ſalute gaudere: et glorioſa beate marie ſemper virginis interceſſione a preſenti liberari triſticia: et eterna perfrui leticia. que terminetur ſic. Per chriſtum dominũ noſtrũ. Amen. Non dicit Dñs vobiſcũ. nec Benedicamus do. ſed ſtatim dr mẽo. de ſancto ſpiritu. ãn. Veni ſancte. V. Emitte ſpi. Oratio. Deus qui cor.

[Brev-1531-P:53v.]

## Notes, pages [467]-[518].

[1] The office of the Blessed Virgin Mary is said without note--that is, sung recto tone on a single pitch--unless it be the 'full service' (plenum servitium) in Choir [484].
[2] The Little Office of the Blessed Virgin appears with further rubrics on p. 21 ff.
[3] 1519:7v.
[4] '*prebendatis*', SB-P:2.
[5] Stanzas 5-7 of *Ave Maris Stella* (Feast of the Annunciation).
[6] cf. 72 ff.
[7] SB-P:286. provides the whole text here.
[8] 'Sanctus' is omitted here but appears in the Temporale:72.
[9] 'Per Christum', 1519:15v.
[10] 1519:16r.
[11] cf. 129. ff.
[12] cf. 1519:96v. ff.
[13] I.e. January 2, the octave of St. Stephen.
[14] 1519:96v.
[15] 1519:96v.
[16] cao8169. The ℣. 'Post partum' does not appear in full in 1531.
[17] 1519:97r.
[18] cao8202. The full V and ℟. does not appear in 1531.
[19] cao8015; SB-P:App.:cxi. The full text does not appear in 1531.
[20] AS:pl. $\gamma$; 1519:97v, 98v. The full text does not appear in 1531. SB-P:App.:lxxiv. indicates the full text as provided here and attaches the following note: '*Antiphonam* Post partum virgo, *nullibi, quod scimus, in Brev.* A. D. 1531 *plene descriptam ex Portiforiis in hoc loco proferendum censuimus.*'
[21] 1519:97r.
[22] 1519:97r.
[23] 1519:97r.
[24] 1519:97r.
[25] In 1519 the full service of the Blessed Virgin appears at 97v. ff. as part of the Temporale. In 1531 it appears within the Psalter. In some cases 1531 does not provide the full text.
[26] The full text of this antiphon does not appear in SB. AS:pl. $\gamma$ and 1519:98v. have no flat.
[27] 1519:97v.
[28] *Appelationem sive salutationem* Beata es *in Brev.* A.D. 1531 *non nisi inter Responsoria, sicut in Portif.* A.D. 1556 *non nisi inter Capitula, plene scriptum invenimus.* [SB-P:App:lxxxii.]
[29] 1519:97v.
[30] The melody is taken from the Christmas hymn 'A solis ortus, 321.
[31] SB-P:App:cix.
[32] úbere .. . pleno. *Brev.* 1526. [SB-P:296.]

[33] This is taken from the Christmas hymn 'A solis ortus,' 321. In 1531-P:55v. stanza 2 has 'vésciens' rather than 'nésciens'.

[34] 1531-P:32r. has only: 'Ant. Benedícta tu in muliéribus. Ps. Dómine Dóminus noster. [21]. *et cetere antiphone cum suis psalmis ut supra in sabbato j. ebdomade adventus usque ad ix. antiphonam que erit ant.* Post partum. *ut supra ad vesperas.*'

[35] PEN:29v. and BL-52359:59r. set 'delíciis' D.C.B.B. The reading found in 1519:98r. is also to be found in other sources, such as F-Pn lat. 1090:208v.

[36] In BL-52359:59r. 'pulchritúdine' is set D.D.BC.DC.A.

[37] In BL-52359:59r. 'vultu' is set CD.CB; 'médio ejus' is set C.C.C AC.BA.

[38] In PEN:30r. 'letántium' is set E.CD.D.D.

[39] The full text of this antiphon does not appear in 1531. AS:pl. γ and 1519:98v. have no flat. In BL-52359:59r. 'Dei' is set BD.BC; 'pro nobis' is set A CC.A. In PEN:30r. 'inviolàta' is set D.C.D.ED.C; 'pro nobis' is set A A.A.

[40] SB-P:298.

[41] In BL-52359:58r. 'immaculáta' is set C.C.C.BCBAGAB.A; 'láudibus' is set BDE.EDCBCBAB.BA. BL-52359:58r. has 'réferam'; 'Quia' is set A.G. In AS:pl. ꝺ. and 1519:99r. 'grémio' is set CC.GAC.C. In PEN:28v. 'Allelúya' is set Acb.GCBA.ACDBC..BA.

[42] In PEN:28v. 'portásti' is set G.GAFED.DEFD.

[43] 1519-P:99r. has the incipit for 'Te laudant'. 1519-P:99v. indicates '*et dicatur* ℣. Ipsum. *cum cantu feriali versiculi.*'

[44] The full text is not in 1531. The music for the ℣. 'Gloria Patri.' is taken from 1519-P:44r. (SB-III-App.:civ. indicates the full text as '℟. Post partum [virgo Inviolàta permansísti Dei génitrix intercéde pro nobis. ℣. Speciósa facta es et suávis In delíciis tuis, sanct Dei génitrix intercéde pro nobis.' This appears to be a misreading of the following versicle 'Speciosa facta es.' as belonging with the ℟.)

[45] cao8282. No ℟. appears in 1531.

[46] The full text does not appear in 1531. The music for the ℣. 'Gloria Patri.' is taken from 1519-P:44r. (SB-P:App.:cv. indicates the full text as '℟. Speciósa facta [es et suávis In delíciis tuis, sancti Dei génitrix]. ℣. Elégit eam, Deus, et preelegit eam. [Habitáre facit eam in tabernáculo suo.]' This appears to be a misreading of the following versicle 'Elégit eam.' as belonging with the ℟.)

[47] 1519:99v.

[48] 1519:99v. ff.

[49] 1519:99v.

[50] 1519:99v.

[51] 'Ante laudes', 1531-P:56v.

[52] 1519:99v.

[53] 1519:99v.

[54] cao8169. The ℣. 'Post partum.' does not appear in full in 1531.

[55] cao8202.

[56] SB-P:App.:cxi. The full text does not appear in 1531.
[57] The full text does not appear in 1531. SB-III-App.:lxxiv. indicates the full text as provided here, and attaches the following note: '*Antiphonam* Post partum virgo, *nullibi, quod scimus, in Brev.* A. D. 1531 *plene descriptam ex Portiforiis in hoc loco proferendum censuimus.*' The text (with music) also appears in AS:pl. $\gamma$; 1519:97v, 98v.
[58] 1519:100r.
[59] cf. 1519:100r. ff.
[60] '*extra tempus paschele*' is not really appropriate here, seeing that this office is valid throughout the season.
[61] 1519:100r.
[62] 1519:100r.
[63] AS:530 has no flat at 'intercéde'.
[64] 1519:100v.
[65] 1519:100v.
[66] 1531-P:57r. has 'conditoris'. The erratum to SB-P:206 gives 'redemptóris', which is supported by other sources, such as Sarum Portiforium-Psalter-1530:xciiir. and Sarum Portiforium-Psalter-1544:xcviiiv.
[67] 'vítia', PL 1158 0961D.
[68] *Legend* 1518 and Brev-1516-P:60r. omit 'seculórum. Amen.'
[69] SB-P:308.
[70] SB-P:310.
[71] 'útpote', *Legend* 1518:43v.
[72] 'veneránda', 1519:100v.
[73] The following does not appear in 1531-P.
[74] The settings in AS, for the Assumption and All Saints, have neither the 'Allelúya' nor the final word of the ℣. 'commemoratiónem'. In AS:498. the last syllable of 'justície' is set AGDEFGEDEDDC. BL-52359:397v. has no flat at 'laude'; 'digníssima' is set G.GFAF.DEDC.CEGAGEFEDFFD. In PEN:243v. 'te ortus est ' is set FFD F.GA GAAG.
[75] AS:530. has no flats; in 1519:101r. a flat appears only at 'quésumus'; PEN:255v. has flats throughout.
[76] 1519:100v.-101r.